140 to 61

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 31
Tabla
Número 140

4
H-28

Caja 2-65

Comiençan los numeros desde .1. asta 25, y luego buelven à comencar desde el numero .1.º y como estan se an de coser.

Del Pe. Pedro de Montenegro 1

Del Collegio de la Comp.a de Jhs de Granada. BBC.

Memoriales,

Tratados y varios Papeles, y Decretos Pontificios

en fauor del Misterio de la purissima Concepcion de Nuestra Sa.

Y.

diuersas Cartas de Reyes, Reynas, Principes assi Ecclesiasticos, como seglares escritas à los Summos Pontifices en diferentes ocasiones pidiendo la definicion del misterio de la Concepcion de Nra Señora

Tomo Primero.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

No tiene papel alguno phibido por el expurgatorio de 1707, ô decretos q̃ tenemos de los q̃ an salido hasta el año de 1721.

El Indice destos Papeles està en la oja siguiente.

Alabado sea el SSmo Sacramto y la immaculada Concepcion de la Virgen Maria nra Sa. concebida sin pecado Original.

Indice
de los Papeles deeste Tomo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Fe de milagros de la Concepcion que estan en el libro que se imprimio por orden del Concilio de Basilea. N 91 (10) 96

In Dei nomine. Nouerint vniuersi, quod nos Joannes Magineus Caluo, Mauritius Gomar, et Ludouicus Torras Apostolica et regia auctoritatibus notarij publici Ciues Minoricæ attestamur et indubiam fidem facimus fideleque testimonium perhibemus, quod in quodam libro typis mandato intitulato Lombardica historia cartis pergamineis cohoperto folei forma quarti in insigni ciuitate Argentinj impresso anno Domini millesimo quadragentissimo nongesimo sexto in capitulo centum triginta octauo intitulato De conceptione sanctæ Mariæ virginis inter alia miracula ex Decreto sacri concilij Basilien. sunt continuata et typis mandata, in fol. CCXCVIJ in pagina secunda et in columnis prima et secundæ eiusdem pagine, et in folio CCXCVIIJ in secunda columna primæ paginæ et in prima et secunda columnas secundæ paginæ eiusdem folei quædam miracula interpollatim posita huiusmodi sub tenore. Item venerabilis Doctor Gimaldo de Piscarijs ordinis minorum huius piæ conclusionis aduersarius existens: cum sel. in sermone de conceptione contra sacram Virginem diutius prædicasset; finito sermone missam suam deuotissime celebrans: eleuatione corporis Christi facta; eadem Virgine sibi presentialiter apparente correptus fuit. et speciebus panis ab altari sublatis inquit Virgo. Qua fronte corpus de me sumptum sumere vis frater inique, quem hodie tam verbis, quam factis voluntarie maculasti. Ipso autem magnis gemitibus petente veniam eucharistia sibi reddita fuit. missam finiuit et inmediate ascendens pulpitum, quod in primo sermone contra virginem dixerat reuocauit, et miraculum referens ad longum fe[cit] sermonem sicut ego ipse habui à pluribus fide dignis. Item in [ciui]tate ydoni cum quidam frater ordinis prædicatorum et [...]iensis [...] de materia conceptionis coram Magistro odonj campanen. ordini[s ...] respondere deberet. magno populo congregato in ecclesia cath[edra]li [...] monachorum dicte ciuitatis. et cum positionem suam dictus frater dicere vellet a deo mirabiliter tactus quasi mutus et amens factus est. Depor[tatus a]utem per fratres suos ad locum religionis

Miraculum

Aliud.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

191

eorum octaua die eadem amentia continuata mortuus est sic habui ab illis q

miraculum — presentialiter affuerunt. Item in villa Brine Lemonicen. dioces. quid
lector de ordine predicatorum istum articulum conceptionis ita odiosum
habens. vt nunquam sermonem faceret, quin virginem conceptam
in originali peccato diceret et fundaret et fundaret in suo conuentu, q
die solenni in quo sermonem de dicta materia fecit. ipso inter fratres
suos magno populo presente ad diuinum officium existente. quidam lu
à siluis veniens vsque ad conuentum istum secrete accedens. dimissis pa
uis et magnis vsque ad chorum ascendit et dictum fratrem per guttur
arripiens interfecit. Sicut pariter et in ipsa terra clara fama et publi
attestatur. hoc in dicto lib. qui defensorium virginis dicitur plenius con

Aliud — netur. Item aliud assertum est quod Barchinone in monasterio Beatae
riae de Mercede consuetudo est preter in diebus paschae et paucis maximis
tiuitatibus omni die tribui fratribus panes recentes coctos eadem die
summo mane. Quadam autem vice cum in diebus festiuitatis de s
conceptione virginis pistor preparasset massam. velletque ex ea panes
formare discooperiens reperit eam quasi esset coagulatus sanguis resp
sa nigredine aut lutum ad modum ceni diuulgataque prius ea notit
miraculi huius publice ordinatum est per ciuitatem suo municipa
statuto quod ea die conceptionis non incendantur furni. et ita in ea
ciuitate obseruatur continue vsque in hodiernum diem. Prae
hec autem tempore Joannis Regis Aragoniae bonae memoriae qui circa
annos Domini M. cccc. regnauit in regno Aragoniae habita primo co
ipso solenni et publica per plures dies disputatione inter defensores
virginis innocentiae, et assertores maculae originalis, regis ordinat
statuta est solemnis confraternitas deuotorum huiusmodi festiuitatem
de conceptione beatissimae virginis celebrantium quorum primus co
fratrum fuit ipse rex Aragonum, et ordinatum fuit, quod annuatim

ea die fieret solemnis processio ad laudem et gloriam huius festiuitatis.
Demum de anno Domini M.cccix. cum ipso die beatæ Mariæ [illegible]
in ecclesia Gerunden prædicasset de preseruatione ab originali macula
frater Joannes de Rota ordinis minorum sacræ theologiæ professor ob q̃s
huiusmodi sermonem Inquisitor quidam hæreticæ prauitatis de ordine
prædicatorum detulisset eum in iudicium fidei existente in prædicta
ciuitate Barchinonen. successore immediate dicti Joannis Martino rege
Aragoniæ habita fuit inter prædictos de mandato ac in presentia regis solemnis
ac publica disputatio. Qua finita præfatus rex in signum victoriæ posuit
super caput prædicti Joannis sertum viride vernantium foliorum, sicque insig-
nitus vna cum tubicinis fuit honorifice associatus per dictam ciuitatem
aliasque ciuitates et oppida ~~circumstantia~~ circumiacentia. præcone regis
clamante, quod nemini de cætero in omnibus regnis suis, et dominiis liceret
asserere vel dogmatizare contra hanc doctrinam de sancta et pura con
ceptione beatæ Virginis continueque imminente huiusmodi festiuitate
fuit postea obseruatum, ac vt communiter obseruatur de die in dies. Item
Basileæ die lunæ sexto mensis octobris anno a natiuitate Domini M.cccc.
xxxviij. in manibus iudicis fidei deputati per sanctam synodum, fuit testificatum
etiam cum iuramento quod nono die mensis septembris anno domini M.cccxx
viij in ciuitate Minorissæ quidam Franciscus Muletus canonicus ecclesiæ
collegiatæ dictæ ciuitatis Vicen. Diocoesis, cum in extremis ageret, et iam
quasi mortuus appareret, sic postquam fuerat in agonia [illegible] extasi: magno
cum suspirio clamauit in hæc verba. O Virgo M[illegible]. Ita igitur est
quod propter hoc ego eram condemnatus. Tu [illegible] ego a me ipso non
habui. Statimque vocans ad se prio[illegible]catorum, et confessorem
monialium sanctæ Claræ: dixit [illegible] coram prædictis, et aliis astanti-
bus, quod comburerent certas [illegible]clusiones, et vnum tractatum de
conceptione Virgis in peccato [illegible]ginali, quem ipse audierat cum esset

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

studens. nisi fuisset alias deuotus Virgini Mariæ, et ipsa eidem subuenisset. ob hoc erat condemnatus in diuino iudicio. Ideoque ipse firmiter credebat, eam fuisse conceptam absque originali peccato.

Et Ego ✠ Mauritius Gomar auctoritatibus Apostolica & Regia notarius publicus Ciuis Minoricæ Quia predicta hic inscita septem miracula ab eodem libro Lombardica historia nuncupato In quo typis mandata & impressa in folijs & columnis eiusdem libri supradesignatis sunt transcribi desumi & exemplificari vidi Ideo predicta subscripsi signoque & nomine ac cognomine meis solitis subsignaui & claui In fidem & testimonium premissorum rogatus die videlicet sabbati vndecima mensis Martij anno a nativitate domini millesimo sexcentesimo decimo

Et Ego ✠ Joannes Maginus Calvo auctoritatibus Apostolica & Regia notarius publicus Ciuis Minoricæ Quia predicta & supra inserta septem miracula ab eodem libro Lombardica historia nuncupato In quo typis mandata & impressa In folijs & Columnis eiusdem libri supra designatis sunt transcribi desumi & exemplificari vidi Ideo predicta subscripsi signoque & nomine ac cognomine meis solitis subsignaui & claui In fidem & testimonium premissorum rogatus die videlicet vndecima mensis martij anno a nativitate domini MDCXVJ.

Et Ego ✠ Ludouicus G. Torras auctoritatibus Apostolica et Regia notarius publicus ciuis Minoricæ quia predicta et supra inserta septem miracula ab eodem libro Lombardica hystoria intitulato In quo typis mandata et impressa in folijs et columnis eiusdem libri supradesignatis sunt transcribi desumi et exemplari vidi Ideo predicta subscripsi signoque nomine et cognomine meis solitis signaui et clausi In fidem et testimonium premissorum rogatus die vndecima mensis martij anno a nativitate domini MDCXVJ cum supraposito in linea xi prime pagine precedentis folei vbi legitur Griolcus.

98 3

Nos ... et auditor Bernardus Termer presbyter canonicus
eclesie sedis Minoricensis ~~...~~ in spiritualibus et temporalibus
vicarius generalis et officialis pro adm. Illi ac Rmo in xpo
patre et dno fratre don Andrea de Sto Hieronimo dei et
Ste Aplice sedis gratia vicecomes Epo ac de regio consilio Attesta-
mur fidemque indubiam facimus ac fidele testimonium perhi-
bemus quod supra signati mauritius Gomar Joannes ma-
gister Calvo et Ludovicus Torres qui predicta exemplificata
subsignarunt et clauserunt sunt predictis apostolica et
regia auctoritatibus notarii publici civis Minoricensis probi fideles
et legales atque et instrumentis per ipsos clausis et subsignatis
datur et dari solet atque plena et indubia ubique fides adhi-
benda et ab omnibus adhibetur. In cuius rei testimonium presentes
testimoniales litteras fieri et per nostrum et scribam curie nostre
eclesie Minoricensis infra scriptum expediri iussimus sigilli dicti Illmi ac Rmi
dni vicecomitis Epi impressione muniri. Data Minoricensis die sabbati
vigesimo et ultimo mensis Aprilis anno a nati. dni millesimo
sexcentesimo decimo sexto presentibus testibus Jacobo Soler ba-
querio et Joanne Pont bibliopola omnibus Minoricensis In quorum
fidem et testimonium premissorum ego Antonius Thauler
apostolica et regia auctoritatibus notarius publicus
civis Minoricensis et curie eclesiastice Minoricensis scriba
hic me subscribo et meum solitum artis notarie quo
utor in publicis claudendis instrumentis appono

signum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Cuenta 318 folios útiles foliados
20 En.º 1905

319 fol. + fol. 251 à 258 rep.^s + 317 bis + 27 hj. en bl.
faltan los fol.^s 278 y 279 (parte compl.)
15-Mayo-1912

…TARIA DE GRANADA

CAJA - 2
65